

The Electronic Manipulus florum
www.manipulusflorum.com

Liberalitas ap
cum fontibus proximo et primis

Manipulus florum, Liberalitas ap:

Sicut non est liberalis qui sibi donat, nec clemens
qui sibi ignoscit, nec misericors qui malis suis
tangitur sed qui aliis,
ita eciam nemo sibi ipsi beneficium dat,
sed nature sue parat

que mouet ad refutanda nociua et
ad appetenda proficua.

Seneca libro V. de beneficiis.

Fons proximus:

Ad primum ergo dicendum quod,
sicut Seneca dicit, in *V de Benefic.*,
sicut non est liberalis qui sibi donat, nec clemens
qui sibi ignoscit, nec misericors qui malis suis
tangitur, sed qui aliis:
ita etiam nemo sibi ipsi beneficium dat,
sed naturae suae paret,
quae mouet, ad refutanda nociua et
ad appetenda proficua.

Thomas de Aquino, *Summa theologiae, Secunda
secundae*, 106, 3.resp.1 (P. Caramello ed., vol.2,
p.501).

Fontes primi:

Primum illud falsum est, ex quo pendent sequentia;
→ nemo enim sibi beneficium dat, sed naturae suae paret,
a qua ad caritatem sui conpositus est, unde summa illi
cura est nocitura uitandi, profutura adpetendi.
Itaque nec liberalis est, qui sibi donat, nec clemens,
qui sibi ignoscit, nec misericors, qui malis suis
tangitur; quod aliis
← praestare liberalitas est, clementia [est],
misericordia, sibi praestare natura est.

Lucius Annaeus Seneca, *De beneficiis*, 5. 9.1-2 (F.
Préchac ed., vol.2, p.12).

Ad primum ergo dicendum quod,
sicut Seneca dicit, in *V de Benefic.*,
*sicut non est liberalis qui sibi donat, nec clemens
qui sibi ignoscit, nec misericors qui malis suis
tangitur, sed qui aliis:*
ita etiam nemo sibi ipsi beneficium dat,
sed naturae suae paret,
quae mouet, ad refutanda nociua et
ad appetenda proficua.

Thomas de Aquino, *Summa theologiae, Secunda
secundae*, 106, 3.resp.1 (P. Caramello ed., vol.2,
p.501).